

1532. 14. 9. Aprilis.

269

Sigismundus primus Rex Poloniae
Petro Jan. Voivode Valachorum

Magnifice Domine salutare nobis di-
lecte.

85


Cum hic nuper fuisset apud nos venerabilis
Franciscus Breporitas Transylvanicus
postulassetque a nobis nomine Serenissimi
Domini Joannis Hungariae Regis affinis
nostri Charissimi et cum magnificentia
tua fiducia et expectationem ab omnibus
ad certam tempus pacisceremur, sub quo
tempore de Conditionibus Secuis et per-
petua firmenda Concordia inter nos
ipsius maiestas commode tractare
posset, nos ut cumque iniuria pertuam
maiestatem provocati et victoria super
illa potiti, boni tamen Publici causa,
et causa etiam perturbationis Sere-
nissimi Domini Regis Joannis apensi
sumus non gravatim ut Induciae inter
nos reciperentur et fierent quarum
firmandarum causa literas nostras
Sigillo munitas magnificentiae tuae
miseramus. Quas quoniam magni-
ficentiae tuae suscipere se non potuisse
scribit propter certas Conditiones in
literis praetermissas. De quibus nullam
mentionem

Q

mentionem Brædicius prepositus Transylvanien.
apud nos fecit, sed et neque de illis agi seu tra-
ctari solet, nisi tum cum de perpetua Con-
cordia et Pace tractatur, arbitrij illius id
esto.

Nos enim viribus nostris et iusticijs
confici rationes nostras nihil dubitamus
tuo etiam sine nullis inducijs persistere
posse, id tamen quod magnificentia tua
scribit se velle Pacem et tranquillitatem
citra ultra Pacta et obligationes nobis
cum et cum subditis nostris observare,
nos quoque boni Publici causas non reici-
mus pacem ipsam sed vicissim volumus
illam cum tua magnificentia servare,
quamdiu eam tua magnificentia cum
suis subditis servaverit, et quamdiu nos
a tua magnificentia vel eius subditis
clam vel aperte non erimus provocati.

Nolumus tamen ut interim nostri
a tua magnificentia Subditi habeant
libera commercia inter se, sed quisque
Subditorum, tam nostrorum quam
tuae magnificentia intra limites suos
se contineat, cum enim magnifi-
centia tua Inducias Literarum firmi-
tate roborare voluit, non videtur nobis
esse tutum, ut inuito Induciarum status
utro citroque Subditi inter se nostri
negotiarum vel hinc inde commerciare de-

beant


Debeant, Pacem tamen et supra scriptimus
 cum tua Magnificentia servare volumus,
 et ut omnes Subditi nostri illam teneant
 et observent, strictissime mandabimus et
 providere curabimus, et se ab omni hostilitate
 tua Magnificentie, aut eius Subditis et terra
 Moldavien, inferenda contineant modo
 tua quoque Magnificentia Pacem et indu-
 cias inviolabiter nobiscum, et cum nostris
 subditis observet hac nos interveniens ad tua
 Magnificentia literas ut optavit respon-
 dere volumus. Dab. Crauvorie Die 9
 Aprilis anno Domini 1532 Regni nostri
 26.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]